

APRIL 28, ST. PAUL OF THE CROSS, CONFESSOR

[Errors? help@extraordinaryform.org](#)

St. Paul of the Cross, born at Ovada, founded the Congregation of the Passionists, amid the solitary rocks of Monte Argentaro. He felt that in order to form apostles and missionaries it is necessary to have retirement from the world, seclusion, spiritual recollection, strict poverty, and austere penance. He preached everywhere the mystery of the Cross; the Passionists make a vow to propagate the memory of Our Savior's passion. He died in Rome October 18, 1775.

INTROIT Galatians 2: 19-20

Christo confixus sum Cruci: vivo autem, jam non ego; vivit vero in me Christus: in fide vivo Filii Dei, qui diléxit me, et trádidiť semetípsum pro me, Allelúja. Allelúja. (Ps. 40: 2) Beátus, qui intélegit super egénum et páuperem: in die mala liberábit eum Dóminus. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Christo confixus sum Cruci: vivo autem, jam non ego; vivit vero in me Christus: in fide vivo Filii Dei, qui diléxit me, et trádidiť semetípsum pro me, Allelúja. Allelúja.

COLLECT

Dómine Jesu Christe, qui ad mystérium crucis prædicándum, sanctum Paulum singulári caritáte donásti, et per eum novam in Ecclésia familiam floréscere voluisti: ipsíus nobis intercessióne concéde; ut passiónem tuam júgiter recoléntes in terris, ejúsdem fructum cónsequi mereámur in cælis. Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 1 Corinthians 1: 17-25

Non misit me Christus baptizáre sed evangelizáre: non in sapiéntia verbi, ut non evacuétur crux Christi. Verbum enim crucis peréuntibus quidem stultitia est: its autem, qui salvi fiunt, id est nobis, Dei virtus est. Scriptum est enim: Perdam sapiéntiam sapiéntium et prudéntiam prudéntium reprobábo. Ubi sápiens? ubi scriba? ubi conquisitor hujus sæculi? Nonne stultam fecit Deus sapiéntiam hujus mundi? Nam quia in Dei sapiéntia non cognóvit mundus per sapiéntiam Deum: plácuť Deo per stultítiam prædicatiónis salvos fácere credéntes. Quóniam et Judæi signa petunt, et Græci sapiéntiam quærunť: nos autem prædicámus Christum crucifixum: Judæis quidem scándalum, géntibus autem stultítiam, ipsis autem vocátis Judæis atque Græcis, Christum Dei virtútem et Dei sapiéntiam: quia homid stultum est Dei, sapiéntius est hominibus: Et quod infirmum est Dei, fórtius est homínibus.

GREATER ALLELUIA

2 Corinthians 5: 15

Allelúja, allelúja. Pro ómnibus mórtuus est Christus: ut, et qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mórtuus est, et resurréxit. Allelúja. (Romans 8: 17) Si filii, et herédes: heródes quidem Dei, coherédes autem Christi: si tamen compátimur, ut et conglorificémur. Allelúja.

GOSPEL Luke 10: 1-9

In illo témpore: Designávit Dóminus et álios septuaginta duos: et misit illos binos ante fáciem suam in omnem civitátem et locum, quo erat ipse ventúrus. Et dicébat illis: Messis quidem multa, operárii autem pauci. Rogáte ergo Dóminum messis ut mittat operátes in messem suam. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos, inter lupos. Nolíte portáre sacculum, neque peram, neque calceaménta et néminem per viam salutavéritis. In quamcúmque domum intravéritis, primum dícite: Pax huic dómui; et si ibi fúerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos revertétur. In eádem autem domo manéte edéntes, et bibéntes quæ apud illos sunt: dignus est enim operárius mercéde sua. Nolíte transíre de domo in domum. Et in quamcúmque civitátem intravéritis, et suscéperint vos, manducáte quæ apponúntur vobis: et curáte infirmos, qui in illa sunt, et dícite ilis: Appropinquávit in vos regnum Dei.

OFFERTORY Ephesians 5: 2

Ambuláte in dilectióne, sicut et Christus diléxit nos, et trádidiť semetípsum pro nobis oblatiõem, et hóstiam Deo in odórem suavitátis. Allelúja.

SECRET

Cæléstem nobis, Dómine, præbeant mystéria hæc passiónis et mortis tuæ fervórem: quo sanctus Paulus, ea offeréndo, corpus suum hóstiam vivéntem, sanctam, tibique placéntem exhibuit: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF EASTER

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hac potíssimum die, gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatióibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

COMMUNION 1 Peter 4: 13

Communícantes Christi passiónibus gaudéte, ut in revelatióne, glóriæ, ejus gaudeátis exsultántes. Allelúja.

POSTCOMMUNION

Súmpsimus, Dómine, divínam sacraméntum, dómine, divínæ caritátis tuæ memoriále perpéuum: tríbue, quæsumus; ut, sancti Pauli méritis et imitatióne, aquam de fóntibus tuis hauriámus in vitam ætéram saliéntem, et tuam sacratíssimam passiónem córdibus nostris impréssam móribus et víta teneámus: in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

With Christ I am nailed to the cross: but I live, now not I: but Christ liveth in me: I live in the faith of the Son of God, Who loved me, and delivered Himself for me. Alleluia, alleluia. (Ps. 40: 2) Blessed is he that understandeth concerning the needy and the poor: the Lord will deliver him in the evil day. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. With Christ I am nailed to the cross: but I live, now not I: but Christ liveth in me: I live in the faith of the Son of God, Who loved me, and delivered Himself for me. Alleluia, alleluia.

O Lord Jesus Christ, Who didst endow St. Paul with exceeding charity to preach the mystery of the Cross, and didst will that through him a new family should spring up in Thy Church, grant us, by his intercession, that, constantly venerating Thy passion on earth, we may be worthy to partake of its fruits in heaven. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, Christ sent me not to baptize, but to preach the gospel: not in wisdom of speech, lest the cross of Christ should be made void. For the word of the cross, to them indeed that perish, is foolishness: but to them that are saved, that is, to us, it is the power of God. For it is written: I will destroy the wisdom of the wise, and the prudence of the prudent I will reject. Where is the wise? Where is the scribe? Where is the disputer of this world? Hath not God made foolish the wisdom of this world? For seeing that in the wisdom of God the world by wisdom knew not God, it pleased God by the foolishness of our preaching to save them that believe. For both the Jews require signs, and the Greeks seek after wisdom: But we preach Christ crucified, unto the Jews indeed a stumbling-block, and unto the Gentiles foolishness; But unto them that are called, both Jews and Greeks, Christ the power of God, and the wisdom of God. For the foolishness of God is wiser than men; and the weakness of God is stronger than men.

Alleluia, alleluia. Christ died for all; that they also who live may not now live to themselves, but to Him who died for them, and rose again. Alleluia. (Romans 8: 17) And if sons, heirs also: heirs indeed of God, and joint heirs with Christ; yet so if we suffer with Him, that we may be also glorified with Him. Alleluia.

At that time, The Lord appointed also other seventy-two; and He sent them two and two before His face into every city and place whither He Himself was to come. And He said to them, The harvest indeed is great, but the laborers are few: pray ye therefore the Lord of the harvest, that He send laborers into His harvest. Go, behold I send you as lambs among wolves. Carry neither purse, nor scrip, nor shoes; and salute no man by the way. Into whatsoever house you enter, first say, Peace be to this house: and if the son of peace be there, your peace shall rest upon him: but if not, it shall return to you. And in the same house remain, eating and drinking such things as they have: for the laborer is worthy of his hire. Remove not from house to house. And into what city soever you enter, and they receive you, eat such things as are set before you; and heal the sick that are therein; and say to them, The kingdom of God is come nigh unto you.

Walk in love, as Christ also hath loved us, and hath delivered Himself for us, an oblation and a sacrifice to God, for an odor of sweetness. Alleluia.

May these mysteries of Thy passion and death, O Lord, obtain for us that heavenly fervor by which St. Paul, when he offered the same, presented his own body as a living sacrifice, holy and pleasing unto Thee. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, at all times to praise Thee, O Lord, but more gloriously especially at this time above others when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

If you partake of the sufferings of Christ, rejoice, that when His glory shall be revealed, you may also be glad with exceeding joy. Alleluia.

We have received, O Lord, Thy divine sacrament the perpetual memorial of Thine infinite love; grant, we beseech Thee, that, by the merits of St. Paul and by imitating him, we may draw from Thy fountains the water that gusheth out unto life eternal, and may by our life and actions bear Thy sacred passion deep and grave upon our hearts. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.